

De Affectu Ipochondriaco.

57

Polar. Viper. aa. gr. v. fiant pilulæ pro unica dosi. *Vel*,
3. *24. Decoct. Sen. Geronis* 3vj. *Ent. Veneris* 3t.
Misc. pro una dosi, vel,
24. Senna 3ij. *Epithym. Guaiac.* *Sassafr.* *Rad. Poly-*
pod. Liquirit. *Petroselin.* aa. 3ij. *Sem. Anisi,* *Fænicul.*
Baccar. *Juniper.* aa. 3j. *Summitat. absynt.* *Centaura*
aa. M. j. Limatur. *Ferri prius preparati cum Sale Tar-*
tari 3vj. fiat *Sacculus pro congiis ij.* vel *iiij.* *Cerevisiae.*

Hujusmodi præscripta bis vel ter per septima-
nam exhibeantur, per integrum curationis stadium,
alvus enim semper solutior esse debet.

Si autem Ventriculus sarcina impura gravetur &
ad sit Vomendi conatus, *Emetica*, debit is interstici-
is observatis, apprimè conducunt.

Quod ad præparantia & alterantia intermedia,
quæ in Therapeja Scorbuti pro Specificis tradidi-
mus, hic etiam pro iisdem habenda sunt, observato ta-
me ægrotantis temperamento, prout ibidem docuimus.
Tinctura Croci vel Viriolum Martis, *Salia Urinosa Ani-*
malium, (vel *Salia Volatilia Oleosa*, ad cramben usque
nobis inculcata) & *Ens Veneris*, præcipua sunt, & quod-
vis a liud remedii genus, vel in hoc morbo, vel scorbuto
curando, longè antecedunt; nemini enim non notum
est quanta vi polleant in obstructionibus referandis, &
quam plurimos alios effectus egregii sanè nominis pro-
ducant, quos tamen hic recensere nec fas, nec
necessæ est.

C A P U T X X X .

De Rachitide.

1. **R**achitis inter juniores graßlatur, hic in Anglia
vulgaris est & infantibus appropriatur, quos
plerumque invadit inter sextum ætatis mensem, &
annum secundum, vel secundum cum dimidio; &

pisi curetur ante annum quintum, puer statura deformat, Nanus, vel toto vitæ Curriculo Valetudinarius existit.

2. *Signa.* Caput mole grandius quam in hac ætate vulgo existit, Facultas intellectiva etiam magis matura quam in aliis qui eundem annorum numerum expleverunt; dorsum & ossa incurvata, vel circè articulos, & costarum extremitates prominentia, abdomen duretie & tumore affectum, cutis laxa & flaccida; pectus angustum, Respiratio difficultis, Tussis, omnium partium debilitas; Movendi & Ludendi fastidium, &c.

3. *Causa* est (plerumque) obstructio in Medulla spinali vel nervis ex illa prodeuntibus, unde influxus Spirituum Animalium in Sanguinem inhibetur, unde fit quod fermentum nutritium in illis partibus deficiat.

4. Raro lethalis est (per se solam) & si febrem subsequatur, & adsit scabies, aut symptomata leviora, facillimè curatur.

Sin autem ægrum citius (in prima nempè pubescens) invadat, & symptomata tetriora apparent & in deterius vergentia, cum notabili partium disproportione, ægrè curabitur & si corpus macie confessum fuerit, ex Astmate, Febre Hectica, Phtisi, &c. Nullus hominum auxiliari potis est.

5. *Cura* consistit in obstructionibus removendis, & partibus affectis reborandis: Primo itaque si termina ventris, & alvus constipata offendant, exhibeat Enema Laxans ut.

R. Decoct. Commun. 3vj. O'. Lumbricor. Terrestre. Saccar. Grysei aa: 3j. sicc Enema. Addi possent & Man-va, Semina Carminativa & Arthritica, si opus foret. Si prægravetur ventriculus, detur, Oximell. vel vin. Scyll. iusc. 3b. vel 3vj. vel Salis Vitrioli 3j. vel si infans robustus fuerit Tarrar. Emeit. gr. ij. vel. iiij. Sed in emeticis ordinandis pro circumstantiarum varietate, fereendum est judicium. Quomodocumque autem se habet, cathartica debitum intervallis propinata, semper conveniunt, non tamen fortiora quam ut tres, quatuor, vel quinque dejectiones per diem producant.

R. Eparic. Capill. Vener. Scolopendr: Vulgar aa. Mj. Rad. Podypod. Osmund. Regal. aa. 3j. Epithymi, Senna

*Ex. 3. Cremor. Tartar. 3*lb.* Ent. Vener. 3*ij.* Aquapura lib. ij. Infund. per horas 24. colaturæ adde Manne Syr. Rosar. Solutiv. aa. 3*iiij.* vel.*

*2*l.* Resin. Ialapp. Mercur. Dul. aa. gr. iv. cum pulpa panis fiat bolus pro una dosi. In Rachitide Specifica sunt quæ sequuntur; Rad. Osmund. Regal Filic. Maris Graminis, Scolopend. Vulgar. Consolid. Epatic. Rad. Apennin. omnes. Summit. Ruta Muraria, Salvia, Rorismarini, Capill. Vener. Epatic. Anagall. Aquat. Agrimon. Tamarisci, Nasturt. Aquatic. Veronic. Mar. Quibus adde omnia Armoniaca, Mellepedes, Lumbrii Terrestres, Ebur. C. C. &c. præcipue eorum Salia Volarilia, & Spiritus, vel si Salia sint Fixa addantur guttæ quædam Spirituum Acidorum Salis Sulphuris &c. evaporando humiditatem, hæc enim egregia sunt Medicamina, & viribus vix cedunt Ent. Veneris, quod in hoc morbo famigeratissimum est. Prestat tamen confidere Aporozmaria, Decocta, Infusiones &c. Vegetabilium pro vehiculis ad Salia illa Armoniaca & Spiritus ultimè memoratos, diluenda & digerenda, Exempl.*

*2*l.* Aq. pur. lib. iii. Rad. Osmund. Regal. Capill. Veneris. aa. M. j. uvarum Corynthisiacar. 3*iv.* Coque: Colaturæ lib. ij. adde Tintur. Croci (in Spiritu. Rorismarini) Ent. Vener. aa. 3*iiij.* Syr. è succo Epatic. Mis. dosi 3*iiij.* ter in die.*

Externè Fomentationes & Unguenta convenient, ut,

*2*l.* Flor. Salvia, Chamom. Sambuci, Summitat. Lavendul. aa. M. j. Rad. Osmund. Regal. 3*iv.* coq. in Aq. fontan. q. s. ad. lib. 3*b.* cui adde Spir. Rorismarini. 3*vij.* pro fotu. Vel si magis arrideat hoc Celeberrimi Viri Domini Maioru.*

*2*l.* Folior. Sambuc. Laur. Majoran. Salvia Rorismarin. Beron. Summitat. Lavendul. aa. M. ij. Baccar. Juniper. Lauri, aa. 3*j.* Contusis adde Butyr. Majal. recent lib. ij. Aq. Vita 3*viii.* Leniter coquantur ad aquæ consumptionem. Expressioni adhuc calenti adde Ol. Nucis Moschat. per express. 3*lb.* Bals. Peruvian. 3*j.* Misce Fiat Unguentum Vice autem Butyr. Majal. usur-*

usurpari posset *Medulla Bulæ*, *Seuum ferinum*, *Öleum Lumbricorum*, &c.

De remediis Chirurgicis vide scripta Doctissimum Virorum *Glossoni*, & *Majovv.*

C A P U T XXXI.

D e A f f e c t i b u s R e n u m & V e s i c a .

1. *Calculus Renum* dolorem in Lumbis fixum producit, cum Vomitu, &c. Urina primò lymphatica & quandoque sanguinea, postea tamen spissa evadit, cum sedimento sabulo; urina quandoque supprimitur, quandoque lapilli & materia viscida unà expelluntur; adest etiam femorum stupiditas.

2. *Causa* est solutio contitti, vel à lapillo vel sabulo in renibus, Uretibus; &c. hærente; vel à lymphâ acris eisdem vellicante, &c. Quo autem pacto calculus in corpore humano generetur consule Authors qui hoc super themate consulto scripsierunt, præcipue autem *Baronem Helmontium*.

3. *Calculus vesicae* dignoscitur ex subita urinæ suppressione ipso meiendi tempore, pruritu circa regionem pubis &c.

Si sit urinæ suppressio dicitur *Iscuria*: si mingendi sit difficultas unà cum dolore dicitur *Dysuria*: si guttatim effluat cum sensibili ardore, *Stranguria* nomen sortitur.

4. *Diabetes* est affectus, quo perciti nimis crebro & copiose urinam reddunt, unà cum siti & totius corporis tabe: *Causa* præcipua est fermentum in renibus vitiosum & depravatum, unde seri nimia quantitas à sanguine separatur.

5. *Dolores Nephritici* à calculo oriundi periculo pleni sunt: *Febres*, *Inflammationes*, *Ischuriam*, *Dysuriam*, *Stranguriam*, *Ulceræ* &c. producentes; Si Urina lyp-

da persistat, malum est omen; si spissior evadat, paroxysmum pedem referre significat. Si dolor hic nullis remediis cedat, & ad sint sudores frigidi, Leipothymiae, &c. mortem adstare significant: si affectus sit hereditarius, & senio confectos corripiat, nullam curam agnoscit; sicut & Diabetes inveterata, & iisdem circumstantiis vestita.

9. Cura. In paroxysmo initium sumatur ab Enematis Emollientibus, ex Lacte recenti & Vite lis Ovorum, numero 2. Vel si magis arrideat substituatur hoc sequens;

24. Decoct. Commun. pro Clyste. lib. j. Ol. Chamomil. 3ij. Misc.

Si adsit febris, inflammatio, aut plæthora, conduct Venælectio; utcumque sit, saepius subducatur alvis enematis, vel remediis laxativis v. gr.

24. Elect. Lenit. 3ij. Diæsen. 3iv. Millep. 3iij. Spir. Salis ad gratam aciditatem. misce dosis ad 3i.

Sed si dolor valde urgeat, Anodyna, Emulsiones & Opiata unâ cum Specificis magis conducunt.

24. Sem. quatuor frigid. aa. 3ij. Sem. Urtic. Violar. aa. 3iij. Aq. Distillat. Persicar. Petroselin. aa. lib. iij. fiat emulso. Adde Syr. de Althea ad dulcorandum. Inter ea autem dum haec usurpantur, partes dolore affectæ foveantur Oleo Scorpion. Formicar. Lilior. Chamomill. Unguent. Popul. Althea. &c. Quibus adde Olea Chymica, Anib. Foeniculi, Anethi, &c.

Nephritica & Stomachica hic etiam conveniunt, è quibus, que sequuntur præstantiora sunt; Millepedes. Lumbri ci Terrestres, Sanguis Capri, & eorumdem Salia Volat. Nitrum, Spir. Nitris dulcis, Spir. Vitrioli dulcis, Spir. Salis dulcis: Test & Testudinum, Test & Ovorum, Oculi Cancerum, Dactyli, Nuclei Persicorum; Rad. Althæ, Glycyrrhiza, Bardana, Petroselini, Filipendula, Semen Anisi, Fœniculi, Urtice, Petroselini, Danci, &c. & eorum Olea stillantia Semina quatuor frigida majora, Semen Papaveris, Violarum &c. Crystallum Sal, & Tinctura Tartari, Salia Lixivialia è quolibet Vegetabili; Balsama Naturalia, & Balsamum Sulphuris, Terebinthina, & omnia queque Diuretica: ex hisce variè fieri possunt compositiones; que variandæ sunt pro cause exigentia, & Medici Judicio.

Parq.

Paroxysmo ferociam mitigante; si fabulum, &c. evacuetur, dentur *Terebinthina*, *Balsama*, *Oleum Amygdalarum*, *Oleum Nucis Avellanae*, cum *Manna* & *Laxativis levioribus*; si nihil fabuli evacuetur, *Salis Volarilia Oleosa* sunt præstantissima.

In *Calculo* curando, eadem observanda est curandi ratio: In *Dysuria*, *Ischaria* & *Stranguria*, *Phlegmago-*
ga tenuiora, & *Absorbentia* (ut *Oculi Cancror.* &c.) & similia acrimoniam corrigentia, exhibere fo-
leo.

In *Diabete*. *Enemata Refrigerantia*, *Purgantia levio-*
ra, & *Incrassantia* ut *Gummi Arabicum*, *Tragacantha*,
Terra Sigillata, *Plantago*, *Portulaca*, *Emulsiones*,
Opiata, &c. exhibenda sunt.

C A P U T XXXII.

De Dolore Arthritico & Rheumatismo:

1. **A**rthritis est dolor acutus Articulorum. *Rheu-*
matismus autem non solum ipsas Offsum
juncturas, sed & spatia intermedia afficit, & per
alia quælibet loca, sæpiissimè sine tumore, huc &
illuc vagabundus fertur.

2. *Arthritis* quæ manus afficit, dicitur *Chiragra* ;
quæ pedes *Podagra* ; quæ *Genua*, *Gonagra* ; quæ lumbos
aut *Ischiam*, *Sciatica*, vel *dolor Ischiaticus* ; Ge-
nerali autem nomine audit *Arthritis*.

Plerumque periodica est & particulari membro affi-
cta; quandoque hæreditaria, quandoque adventi-
tia.

3. Causa doloris Arthritici, cujuscunque sit generis,
est acidum tantilla licet quantitate, juncatum particulis
volatilebus & etiam lixivialibus, Ique cum in sanguine
sit, ope fermenti cujusdam extravasatur, & in partes
impun-

Oleum
nna &
Saliis

urandi
mago
. &c.)
te fo

levio
untha
ones

Rheu
ffium
t per
uc &

gra ;
lumi
Ge

o affi
enti

eris,
culis
guine
artes
ime

impunguntur; & ibidem stagnant: & prout magis vel minus sint Volatiles, acidæ, acres, &c. ed magis vel minus coagulantur, & partium affectarum fibras nervosas irritant & vellicant.

4. *Arthritis* raro Lethalis est, incerta tamen est cura, & tempus mire protrahit, qui juvenes, & Medicorum mandatis obtemperare parati sunt, feliciter satis liberantur; qui tamen provectione gaudent ætate, Arthritide etiam inveterata & hæreditaria existente; omnia remedja incassum usurpant; neque hoc in casu quidquam praestare possibile erit, donec remedia nobiliora & magis exaltata, quam quæ hodiè apud Galenicos & Chymicos artis filios vulgo prostant, nobis innotescant.

Si subito partem ullam Nobilem & principalem, Ventriculum, Pulmones, &c. invaserit, atrocissima Symptomata producit, nec nisi morte media te sœvire cessat.

5. *Therapeia* durante paroxysmo, ut dolor allevetur, *Anodyna* & *Diaphoretica* conferunt.

1. R. Ocul. Cancror. Cinnabar. Nativ. aa. ðð. Laudan. Londin. gr. iiij. Sal. Volar. C. C. gr. iiij. fiat pulvis, pro una dosi.

2. R. Spirit. Lumbricor. Terrestr. ðj. Aq. Sassafr. ȝvj. Tinct. Croci in Spirit. Heder & Terrestr. ȝð. Syr. Papav. ȝj. Laudan. Liquid. gut. xx. fiat Julapium. Sumat subinde Cochlearia bina.

Si alvus constipata fuerit, *Enemata* leviora conducent quandoque etiam non abs re foret *Cartharticum* aliquod fortius exhibere ante paroxysmum, imo & ad ipsum paroxysmi primum adventum, si articuli sint robusti: Sed si paroxysmus haec tenus ægrum corripuerit, purgatio plerumque nocet.

In initio paroxysmi, si *Febris* vel *Plathora* adsit *Venesectio*, *Cucurbitula* & *Vesicatoria* sœpissimè bono cum fructu usurpantur. *Hæmorrhoidum* fluxus etiam conductit, speciatim in dolore *Ischiatico*.

Inter *Topicæ* huic affectui appropriata!, *Spir. Armomiaci* Ol. *Stillarii* infarcti, ut *Lumbricor.* *Terrestr.* *Sanguin.* *Human.* *Oss.* *human.* &c, in quibus dissolve *Opium* vel *Cannabis*

Causa phoram; hæc, inquam, sine pari sunt, in quolibet *Arthritidis* genere, pro partibus dolore affectis fomentandis.

Extrà Paroxysmum; *Causæ Accidentales*, ut Mœtor, studia immoderata, Veneris usus nimius, & præcipue nimia cibi ingurgitatio, & crapulæ, maxima cum cura fugienda; & diæta appropriata strictè observanda est. Ventriculus impurus existat, Emeticum tenuius à quibusdam laudatur; utcumque sit, *Purgativum* è fortiorum genere sine dubio confert: Ex. gr. *Pilula ex duobus*, *Pilula Tartarea*, &c. cum *Mercurio dulci*.

Inter Alterativa, omnia ferè *Antiscorbutica* & *Nephritica* laudantur.

Rheumatismus, eodem ferè modo quo *Arthritis*, curatur.

Nos quidem paucissimos unquam vidimus hoc affectu percitos, quibus *Venesectio* frequenter instituta (saltem pro virium ratione) nocebat; sed è contra plurimos novimus quibus in maximum commodum cessit, speciatim si in principio morbi celebretur. *Purgatio* autem noxia est. Quod ad reliqua attinet, *Spiritus Volatiles* *Armoniaci* junctis *Anodynis* sola sunt Medicamina (& internè & externè usurpata) quæ hunc affectum propellere valent.

C A P U T XXXIII.

De Febris in Genere.

2. *Febris* est Arteriarum pulsatio citatior, & Sanguinis effervescentia præternaturalis, ut & Spirituum Animalium conturbatio orta à particulis heterogeneis texturæ Sanguinis inimicis.

2. *Febres* dividuntur in *Continuas*, & *Intermittentes*; intermittentum præcipuae sunt *Quotidianæ*, *Tertiane* & *Quartane*; suntque vel *Simplices* vel *Compositæ*; vel *Leviores*, vel *Malignæ*.

3. Om-

3. Omnia Viscera , ut & omnes corporis partes
hoc affectu perstringuntur , (præcipue autem viæ
primæ , seu vasa ibidem sita) Ventriculus , Pancre-
as , Glandulæ omnes , Mesenterium , vasa chylifera
& Lymphatica , unâ cum meatibus sanguiferis .

4. Signa sunt pulsu celer præter naturam , dolor capi-
tis acutus & pulsativus , Lumborum dolor vehemens ,
rigores quandoque frigidi , calor externus , &c.

5. Causa omnium febrium est deducenda à particu-
lis extraneis & incongruis Sanguini commixtis , quæ
naturali ejusdem mixturæ & consistentiæ adversan-
tur ; undè principium vitæ oppugnatur , &c.

Causa Accidentales plerumque proveniunt à Lym-
pha , Bile , Chylo , vitiatis ab indebita excernende-
rum retentione , irregulari cibi & potus usu ; aere in
frigidum vel etiam in calidum vergente , quandoque
infecto & corrupto , vulneribus , ulceribus , &c.

6. Cura consistit in Sanguine ad pristinum & na-
turem statum reducendo & Spiritibus Animalibus
perturbatis denuò compescendis . In quem finem om-
nes Causa Procatartica & Accidentales porcul exulent ,
debitus ordo in usu sex rerum non naturalium dili-
genter obseruetur : Comestio in febrium excande-
scientia plerumque nocet ; excernenda & retinenda
justum tempus & quantitatem debitam (secundum
naturalem ægri constitutionem) obseruent . Sed
in ipso febris principio , vel potius ante ejus ad-
ventum , Vomitus , Purgatio , & aliquando Ve-
næfæctio , conducunt ; evacuant enim partiales
quasdam materiæ febrilis .

Quando autem febrilis hæc materia hactenus in fer-
mentationem excitata est talia præscribenda sunt quæ
non solùm fermentationem compescant ; sed & ob-
structiones referent , cruditates , aciditatem , & acri-
moniam particularum in meatibus chyliferis , lym-
phaticis , &c. latitantium , amoveant & corrigant .

In Febribus Continuis , Diaphoretica multum fa-
ciunt , ut Bezoard. Mineral. Margarite , &c. preci-
pue autem Salia , & Spiritus Viperarum , C. C.
Vrina , &c. Hæc enim Diaphoreticis juncta , & in

vehiculis appropriatis administratai, sudorēm levēm provocant, undē obstrūctiones referantur, & fermentum illud febrile vel præcipiatur; vel excernitur.

Inter Refrigerantia præstant *Sal Prunelle*, *Camphora*, *Spir. Nitri*, *Salis*, *Sulphuris*, *Vitrioli*, &c. Hæc conueniunt in omnibus febribus ardentibus: in Aqua hordei aut simili propinata. In omnibus febribus quæcumque actu frigida, ut aqua frigida, &c. nocent.

C A P U T . XXXIV.

De Febre Ephemera, & Synocho Simplici.

1. SI febris spatio viginti quatuor horarum terminetur, dicitur *Ephemera*, si per duos aut tres dies persistat, dicitur *Synochus simplex*, vel febris continua non putrida.

2. *Ephemera* incipit ab Algore levi, quem subsequitur *Calor febrilis*, qui sine paroxysmis continuatur, febre *Continua* existente, Symptomata violentiora sunt. Si à Calore nimio oriatur febris, incipit ab Algore.

3. *Causa* est Sanguinis perturbatio ex usu irregulare sex rerum non-naturalium, ut ex aere nimirum *Calido* vel *Frigido*, animi affectibus, Gibo, vel Potu in Ventriculo stagnantibus & Putrefactis; subita pororum corporis occlusione, quando humores multum exagitantur & traspiratio inhibetur.

4. *Ephemera* plerumque sua sponte cessat; *Synochus* etiam *simplex* non usque adeò periculosa est; sed ex defectu priorum adminiculorum in *Putredinem* vel *Hæticam* degenerat.

5. In Curatione promovenda, attendendæ sunt *Causa* vid. *Sylvii Praxim. l. 1. c. 28.* In febribus continuis venæficio confert, deinde sudor mollis post venæficiōnem celebratam plerumque febrem solvit v. gr.

R. Bezoard. Mineral. Gr. x. Sal. C. C. Camphera, aa.
gr.

gr. iu. Cum Conserv. Flor. Calendul. fiat Bolus ad sudorem promovendum.

Sed si alvus constipata fuerit, prius iniciatur enim. In hec casu etiam conferunt Refrigerantia, de quibus vid. caput proximè precedens.

C A P U T X X X V .

1. *Febris Putrida continua*, sine intermissione perseverat à primo aggredi ad exitum; aliquando tamen, vel quotidie, vel tertio, vel quarto quoque die Paroxysmum inducit, & exinde denominatur *Continua*, *Quotidiana*, *Tertiana*, vel *Quartana* &c.

Febris Ardens constanter ægrum affligit cum siti vehementi & inextinguibili. Quæ reliqua sunt Symptomata addiscuntur ex aliis febrium Speciebus, sive *Continua* sint, sive *Intermittentes*, sive de utriusque natura participant.

2. *Causa* est materia quædam vitiata & Putrefacta, quæ cùm sanguini communicetur litem excitat inter particulas *Acidas* & *Alkalizatas*, undè sanguis in ebullitionem confusam cietur: & quo magis particulae prædominantes de calore, *Arimonia*, aut Bile participant, eo magis pervertitur sanguinis crassis, & Symptomata morbi magis ingravescunt. Si materia hæc corrupta (sive in *Lympha*, sive in succo Pancreatico, sive in ipso *Chylo*, hospitetur) pro parte in vasibus hisce obstruatur (saltem pro modico tempore) quandò denuò sanguini redditur: verisimile est exinde effervescentiam febrilem magis augeri.

3. Omnes *Febres Ardentes* periculosæ sunt; sed *Judicium* particulare non ferendum est, nisi ex symptomatum vehementia & ægri viribus, ritè per pensis. Senibus plerumque lethales evadunt. Si Urina spissa sit & crassa, magnam ataxiam in sanguine indicat; Si tenuis & rubra appareat, adhuc majus est discriminē;